Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

atque utilibus sermocinacionibus tuis
misisse me gaudeo. et tamen quan
tum vellem nec ipse quod eius pa
ce dixerim forsitan capit quamquam
in nullo me illi pretulerim Ego
enim me fateor tui capaciorem. sed
ipsum video fieri pleniorem quo
me sine dubitacione antecellit.
Et postea quam redierit quod do
mino adiuvante prosperato fiat
cursu. cum eius pectoris absit e
mulatio particeps fuero non erit im
pleturus. quod in me adhuc va
cuum erit atque avidum sensuum
tuorum Ita fiet ut ego etiam tunc
egencior sim. ille copiosior. Sane
idem frater aliqua scripta nostra fert
secum. quibus legendis si digna
cionem adhibueris Et sinceram
fraternitatem fraternamque severitatem
adhibeas queso Non enim aliter
intelligo. quod scriptum est emendabit
me iustus in misericordia et arguet me.
oleum autem peccatoris non impinguet
caput meum nisi quia magis amat
obiurgator sanans. quam adu
lator ungens caput Ego autem
difficillime bonus iudex lego quod
scripserim. sed aut timidior recto
aut cupidior video etiam interdum
vicia mea. sed ea malo audire
a melioribus ne cum me fortasse repre
hendero. rursus michi blandiar
et meticulosam michi videar in

me pocius quam iustam tulis
se sentenciam. Item augustinus ad Ieronimum
Domino dilectissimo et
cultu sincerissimo cari
tatis observando atque amplecten
do fratri et compresbitero Ieronimo Augustinus
habeo graciam quod pro subscripta salu
tacione michi plenam epistolam red
didisti. sed breviorem multo quam
ex te vellem sumere tali viro a
quo tempora quantalibet occupet
nullus sermo prolixus est. Quamquam
itaque nos negociis alienorum eorum
que secularium curis circumstentemur in
gentibus. tamen epistole tue brevitati fa
cile non ignoscerem. nisi cogitarem
quam paucioribus verbis meis red
deretur. Quare aggredere queso
istam nobiscum litterarum collacionem
habere. ne multum ad nos disiungen
dos liceat absencie corporis quamquam
simus in domino spiritus unitate con
iuncti etiam si a stilo quiescamus et
taceamus. Libri quidem quos ab horreo
dominico elaborasti. pene totum te nobis
exhibent Si enim te propterea non
novimus quia speciem corporis
tui non vidimus. Hoc modo nec
ipse te nosti nam tu quoque non
vides eam Si autem tibi non ob ali
ud notus es. nisi quia nosti ani
mum tuum. et nos eum non medi
ocriter novimus in litteris tuis in
quibus benedicimus dominum. quod tibi et